

his, corpus Domini ipsum protendentes, rogans pro genere humano, quasi dicant: pro his Domine rogamus, quos tu ad te dilexisti; ut pro sermone salute moriens obires, animam in cruce efflaret; pro his supplicemus pro quibus ipse tuum sanguinem es sanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti. Similia docet D. Gregorius libro 4. dialog. cap. 58. his verbis: Quis fidelium habere dubium possit, in ipso immolationis hora, ad sacerdotis vocem calces aperiri, in illo Jesu Christi mysterio Angelorum Chores adesse, summa imis sociari, terrena calcebus jungi, unum quoque ex visibilibus atque invisibilibus fieri?

Nec solum Angelos sponte adorare Christum positum in altari, sed etiam demones cogi illum adorare, tradit Chrysostomus homil. citata contra Anomæos: et Agostinus (inquit) Diocesanus tempore illo adducit, et jubet caput tantum inclinare, atque illo corporis gestu supplicare.

Quarto, Sancti Patres æquiparant presentiam Christi sub speciebus, illi quam habuit in locis in quibus non dubitauerunt fuisse substantialiter: puta Christus fuit substantialiter in presepio: At Sancti Patres æquiparant presentiam quam Christus habet in altari, ei quam habuit in presepio: Chrysostomus enim in Oratione de S. Philogonio hæc scribit: Si cum fide accesserimus, præcelsæ dæmonis videmus eum in presepio jacentem: nam hoc mensam vitem exples præsepis, siquidem & hic ponitur corpus Domini, non quomodo factis involutum, sicut tunc, sed undaqueque spiritus sancto convestitum. At Magi quidem nihil aliud quam adoraverunt: sibi vero si cum pura accesserit conscientia, permittimus ut sumas, et sumpto, datum abbas. Similia docet Theodoretus Anycranus in Oratione de Nativitate, recitata in Ephesino Concilio.

Item, Christus est vere & substantialiter in throno cæli: At idem Chrysostomus homil. 24. in 1. ad Corinthios versus finem, æquat presentiam quam Christus habet in altari, ei quam habet in celo, docetque per consecrationem sacrorum mysteriorum Eucharistia, terram fieri quodammodo celum, & hoc ipsum quod pretiosissimum est in celo, in terra collocari. Verba ejus sunt: Hæc terram sibi celum facit hoc misterium. Aperi ergo cali portas, & respice, & tunc videris quod dictum est. Nam quod illic est omnium pretiosissimum & maxime honorandum, hoc ostendit sibi factum in terra. Sicut enim in regia id quod est omnium magnificissimum, non parietes, non lectum aureum, sed corpus Regis sedens in solio. Sed hoc sibi nunc licet videri in terra. Non enim Angelos, nec Archangelos, neque zelos, & celos colorem, sed ipsum eorum ostendit Dominum, vidisti quemadmodum quod est omnium præstantissimum & maxime honorandum vides in terra: neque solum vides, sed etiam tangis, sed etiam comedis; & eo accepto, domum reverteris.

Quinto, SS. Patres docent in Mysterio Eucharistia reperiri plura divinitus omnipotentia miracula, ex quibus realis & substantialis corporis Christi presentia sub speciebus facris, manifeste colligitur. In primis enim dicunt esse miraculum omnipotentia Dei, quod Christi corpus jam toties & a tot hominibus manducatum, non sit consumptum. Ita Nyssenus in oratione Catechetica cap. 37. supra citato, ubi considerandum esse ait, quomodo possit unum illud corpus quod tam multis fidelium toto orbe temper distribuitur, totum esse in unoquoque, & ipsum in se totum manere. Et respondet id fieri virtute benedictionis, in illud transflementata eorum que apparent natura. Idem miraculum discrete commendavit beatus Andreas Apostolus, qui (ut supra articulo secundo retulimus) Proconsuli Romano hortanti ut diis suis immolaret, respondit: Ego omnipotenti Deo, qui verus & vivus est, quædam immola, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum agnum in altari, cujus carnes postquam omnis populus manducaverit, agnus qui sacrificatus est integer perseverat, & vivus. At non esset miraculum, quod fide perceptum corpus Christi, non sit consumptum, nam fidei manducatio non potest destrere suum effectum: Ergo SS. Patres censent: corpus Christi, non solum spiritualiter, & per fidem, sed etiam vere & substantialiter, a fidelibus in Eucharistia usu manducari.

Deinde SS. Patres dicunt esse miraculum omnipotentia Dei, quod corpus Christi quod est in celo, sit simul in terra, atque in ea variis in locis existat. Ita Concilium Nicænum primum, cap. de sacra mensa. Chrysostomus libro 3. de sacerdotio, ubi sic exclamatur: O miraculum! O Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sederet, eodem articulo temporis, omnium manibus pertrahatur. Et homilia 2. ad populum Antiochenam, in fine: Elias militem discipulo reliquit: Filius autem Dei ascendens, carnem suam dimisit: sed Elias quidem exstitit: Christus autem & nobis reliquit; & ipsum habens ascendit. Basilius in Liturgia: Veni ad sanctificandum nos, qui sursum Patri confidit, & hic nobis invisibiliter existis: Demum Gregorius Nyssenus Orat. de Paschate: Sicut divinitus peple mundum, & sanon una est, in innumerabilibus locis corpus Domini con-

secratur, & tamen unum corpus est. At non est miraculum omnipotentia Dei, Corpus Christi esse in celo realiter & corporaliter, & in terra per figuram & representationem: Ergo SS. Patres censent corpus Christi non mystice, & figurative, sed vere, realiter, & substantialiter in Eucharistia residere.

Idem SS. Patres dicunt fuisse miraculum, quod Christus ferebat se manibus suis, quando dicebat, Hoc est corpus meum: At nullum esset miraculum ferre manibus suis symbolum sui representativum, hoc enim homines facere possunt: Ergo idem quod prius. Minor patet. Major vero probatur ex August. in Psal. 33. ubi tractans locum, ubi juxta Septuaginta legitur de Davide 1. Regum 21. ferebatur in manibus suis, subdit: Hoc fratres, quomodo fieri posse in homine, qui intelligit? Quis enim portatur in manibus suis? Manibus alienis potest portari homo, manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligitur, in ipso Davide secundum litteram non invenimus: in Christo autem invenimus: ferebatur enim in manibus suis, quando commendatus ipsum corpus suum ait, hoc est corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus suis. Certe quemadmodum nihil hac oratione Angelum luculentius nec elegantius dici potuit, si Christus reipsum & substantialiter in Eucharistia presens sit; ita nihil absurdius aut ineptius proferri potuit, si sacramentum Eucharistia sit tantum figura & symbolum corporis Christi, nullus enim est, qui suis manibus sui symbolum aut effigiem portare possit.

Præterea SS. Patres dicunt, esse miraculum soli divinitus omnipotentia, non minus quam creationem cæli & terre possibile, quod panis efficiatur corpus Christi: Sed ut panis efficiatur corpus Christi, metaphorice tantum & symbolice, non esset opus actione divinitus omnipotentia propria, sufficeret enim sola ratio rationis, & institutio; quemadmodum non actione divinitus omnipotentia, sed sola relatione rationis, institutio Agnus Paschalis, Manna, Panes propositionis, & similia, representant corpus Christi. Ergo SS. Patres censent, panem per verba consecrationis, vere & substantialiter converti in corpus Christi. Minor patet, Major vero variis SS. Patrum testimoniis ostenditur: Cyprianus enim Sermon de Cæna sic ait: Panis iste non effugit sed natura mutatur: omnipotentia Verbi factus est caro, &c. Nilivnus Orat. Catech. cap. 37. Deus hæc dat virtute benedictionis, in illud (corpus nemp Christi) erant elementa eorum que apparent: natura. Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4. quærit, quomodo fidei perscrutari possit quod accipit corpus Christi? Et respondet id fieri, quia omnipotenti Verbo Dei, panis incipit esse corpus Christi, qui ante consecrationem erat panis, quemadmodum Verbo Dei factum est celum, facta est terra &c. Non erat (inquit) celum, non erat terra, ipse dixit, & facta sunt. Et ego tibi dico; ante consecrationem que peragitur verbis ipsis Christi, non erat corpus Christi, sed ipse dicit & factum est, ipse mandavit & creatum est, Similia habet in libro de iudicandis cap. 9. ubi ait: Ecce dicit, aliud vides; & quomodo tu mihi asseris quod corpus Christi accipiam? hoc ergo nobis superest ut probemus, id quod accipis non esse id quod natura formavit, nemp panem, sed majorem esse vim benedictionis quam natura, quis enim benedictione natura ipsa mutatur. Virgum tenebat Moses, projecit eam, & facta est serpens, &c. De totius mundi creatione legitur, ipse dicit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, potest etiam in mutare quod non erat. His adde Gaudentium Brixianum tract. 2. in Exod. cujus hæc sunt verba: Creator omnium qui omnipotentia sua de terra panem creavit, de pane rursum efficit corpus suum; & qui olim aquam convertit in vinum, vinum jam in sanguinem convertit. Idem sufful explicat Damascenus lib. 4. cap. 14. his verbis: Quæritur Virgo, quomodo fiet mihi istud? Respondit Gabriel Archangelus: Spiritus sanctus superveniet in te. Tu quoque nunc queris, quomodo panis nunc fiat corpus Christi, & vinum aqua mixtum, fiat sanguis Christi? Tibi quoque respondeo: Spiritus sanctus supervenit: eaque efficit que orationis facultatem & mentis intelligentiam excedunt. Et post pauca: Quod si queras quo pacto id fiat, satis tibi se videre, quod per Spiritum sanctum id fiat. Quomodo ergo sancta Dei Mater, per Spiritum sanctum Dominum sibi ipsi carnem condidit, nec quidem amplius nobis perspicuum & exploratum est, quam quod Verbum Dei est verum, & efficax, atque omnipotens, ut ea efficit que nulla ratio humana queat indagare. Quis non hæc quæsit alienum fuerit dicere, quod quemadmodum naturaliter panis, per manducationem, & vinum & aqua in bibentis, ut accenditur corpus & sanguinem immutatur: Sic panis & vinum qua proponuntur in altari, per sancti Spiritus invocationem & adventum, mirabili modo in Christi corpus & sanguinem vertuntur.

Ultimum argumentum ex SS. Patrum auctoritate desumptum, petitur ex eo quod SS. Patres ex veritate presentia realis corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, tanquam ex certissimo fundamento, & notissimo fidei articulo, argumentantur contra varios hæreticos, ad illo-

rum errores confutandos. Sic Hilarius 8. de Trinit. probat contra Arianos, Patrem & Filium esse unum, non tantum unitate voluntatis & affectus, sed etiam unitate reali & naturalis; quia nos cum Filio unum efficitur, reali & naturali; quia conjunctione corporum, in Eucharistia sacramentum: Vere (inquit) cibo dominico Verbum carnis sumimus, naturamque carnis sue, sub sacramento nobis admiscuit. Et paulo post: Itæ idcirco a nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter patrem & filium unitatem Heretici mentientes, unitatis nostræ, ad Deum utebantur exemplo tanquam nobis ad Filium & per Filium ad Patrem obsequio tantum ac voluntate religionis unitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communione proprietate indulgeretur. Irenæus similiter libro 2. contra hæretes cap. 2. probat contra Gnosticos Christum venisse in vera carne: quia (inquit) alioqui neque calix Eucharistia, communicatio sanguinis ejus esset, neque panis quem frangimus, communicatio corporis ejus. Sanguis enim non est, nisi a venis, & carnis; & a reliquis, que est secundum hominem, substantia. Item idem Irenæus, Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, alique Patres, simili argumento utuntur ad probandum carnis resurrectionem, cujus semen accipimus, & jus ad illam spectat, per conjunctionem realem corporis nostri cum corpore Christi, que fit in sacramento Eucharistia, quod idcirco resurrectionis semen, & immortalitatis antidotum, a SS. Patribus appellatur.

ARTICULUS VI.

Ratio Divi Thomæ exponitur.

Tres rationes seu congruentias, ad ejusdem veritatis Catholicæ confirmationem, assert Divus Thomas hic q. 75. art. 1. quarum prima, & præcipua, desumpta ex figuris Eucharistia que fuerunt in antiqua lege, potest sic proponi. Si Eucharistia sit tantum signum seu figura corporis Christi, nec ipsum contineat, non erit præstantior, in ratione sacramenti, quam Manna, vel Agnus Paschalis, aliaque veteris legis sacramenta: Sed hoc dicuntur. Ergo &c. Minor patet, umbra enim & figura sunt quid ignobilis & inferioris corpore figurato: Manna autem, & Agnus Paschalis, erant umbra & figura Eucharistia, ut passim docent SS. Patres, ait enim Origenes homil. 7. in lib. Numer. Tunc in antiquitate erat manna cibus: nunc autem in specie caro Verbi Dei est verus cibus. Et Hieronymus in cap. 1. Epistolæ ad Titum: Tantum interest inter panes propositionis & corpus Christi, quantum inter umbras & corpora, inter imaginem & veritatem, inter exemplaria verorum, & ea ipsa que exemplaria præfigurabant. Item Leo Papa ferm. 7. de Passionis Domini sic ait: Ut ergo umbra cedente corpore, & cessante imagines sub presentia veritatis, antiqua observantia novo excluditur sacramentum, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis auferatur, & legalis festivitas dum mutatur, impletur: Christi scilicet carne & sanguine substituitur Agnus Paschalis, & sanguini ejus. Major vero in qua est difficultas, & quam negant Hæretici, facile suadet. Manna enim quod de celo cadebat, & Angelorum artificio mirabili fiebat, præstantius erat pane communi, qui de cibano prodit, & manu piscorum fit; perfectius etiam corpus Christi representabat, quam panis, tum quia de celo erat, Psal. 77. tum etiam quia saporem mirabilem continebat, Sapient. 16. & equali mensura fovebatur ab omnibus, licet inæqualiter colligeretur, Exod. 19. tum denique, quod incurribile erat die sabbati, per quod representabat corpus Christi non corrumpendum in sepulchro die sabbati. Idem a fortiori dicendum de Agno Paschali, nam melius caro Christi, per veram carnem Agni expeimebatur, mors per veram ejus mortem, & sanguis per sanguinem, quam per solum panem, vel panis fractionem: Ergo si Eucharistia sit tantum signum vel figura corporis Christi, nec ipsum contineat, non erit præstantior, sed inferior, & minus perfecta in ratione signi, & sacramenti, quam Manna, & Agnus Paschalis, aliaque veteris legis sacramenta.

Respondent Hæretici, quod licet Eucharistia sit tantum signum & figura corporis Christi, nec ipsum contineat, perfectior tamen est, in ratione sacramenti, Manna & agno Paschalis, aliisque veteris legis sacramentis: tum quia significat Christum, ut jam actu existentem, cum tamen veteris legis sacramenta, ipsum ut futurum designarent, tum etiam, quia Eucharistia, & alia nova legis sacramenta, sunt diuturniora, & usque ad consummationem sæculi duratura.

Sed contra primam responsum hęc argumentor: Si Eucharistia non sit præstantior veteribus sacramentis, nisi quia est Symbolum Christi actu jam existentis, sequitur totam illam excellentiam esse communem statim & imaginibus Christi modo depictis, utpote que etiam representant Christum jam in celo existentem; & consequenter imagines illas esse præstantiores omnibus sacramentis legis Moisaicæ.

Deinde, Si Eucharistia ideo solum fit præstantior sacramentis veteribus, quia significat Christum jam natum, passum, mortuum, & in cælis regnantem, non erit nobilior Baptilmo, utpote quod est signum passionis, sepulture, & resurrectionis Christi: Sed hoc falsum est, etiam apud Sectarios. Ergo & illud.

Secunda quoque responsio futilis est, duratio enim ac diuturnitas pertinet solum ad dignitatem accidentariam, nos vero de substantiali hic agimus, ad quam impertinenter omnino se habet diuturnitas major vel minor: homo enim v. g. quamvis non habeat ita durabilem & diuturnam existentiam, sicut lapides, absolute tamen & simpliciter, est longe nobilior quibuscumque lapidibus.

ARTICULUS VII.

Aliud argumentum desumptum ex disparitate fidelium novi testamenti ab antiquis, in manducatione corporis Christi, ut panis calestis.

Hoc argumentum sumitur ex verbis Christi, promittentis Joann. 6. f daturum fidelibus novi testamenti carnem suam manducandam, modo aliquo, quo fideles veteris testamenti illam non manducaverunt, ait enim: Non Moyses dedit vobis panem de celo, sed Pater meus dedit vobis panem de celo verum. Panis enim Dei est qui de celo descendit, & dat vitam mundo. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non morietur, &c. Ex quibus verbis constat, fideles novi testamenti, post descensum Christi de celo, esse quoad manducationem corporis Christi, ut panis calestis, in conditione diversa, ac multo meliori, quam fuerint Patres antiquæ legis: Sed talis diversitas salvari nequit, nisi dicatur fideles novi testamenti, realiter & substantialiter manducare carnem Christi adorandam, sub signis sensibilibus panis, & sub speciebus Eucharisticis contentam, sicut Ecclesia Catholica docet: Ergo ita sentiendum est. Major patet, Minor vero subsumpta probatur: quia nisi ita corpus Christi manducemus, fuerunt nobis pares fideles veteris testamenti, quoad illam manducationem, tum quia manducaverunt Manna, & Agnum Paschalem, quæ, ut ostendimus articulo precedenti, fuerunt excellentiores figura corporis Christi, quam panis communis, hominum arte confectus: tum etiam, quia Patres qui Manna in deserto manducaverunt, in Christum crederent, subindeque spirituali manducatione per fidem, corpus ejus comederunt: Sed præter manducationem oralem signorum, & manducationem mentalem corporis Christi per fidem, in quo Patres veteris testamenti, nobis pares fuerunt, nihil aliud restat in quo simus dispares & dissimiles, nisi realis manducatio corporis Christi: Ergo ut salvetur disparitas inter Patres antiquæ legis, & fideles novi testamenti, quoad manducationem corporis Christi, ut panis calestis, & verba Christi supra relata verificentur, dicendum & fatendum est, nos vere, realiter, & substantialiter manducare corpus Christi in Eucharistia, & fideles veteris testamenti illud solum figurative aut mentaliter per fidem manducasse, juxta illud Apostoli 1. ad Corinthios 10. Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare traxerunt, & omnes in Moysè baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eandem potum spiritalem biberunt. Unde egregie Ambrosius libro de iis qui initiatur cap. 9. Considera verum præstantior sit, panis Angelorum, an caro Christi, que utique est corpus v. g. Manna illud de celo, hoc supra celum. Illud cæli, hoc Domini calorum. Illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Et ibidem supra dictum discrimen quod inter fideles novæ legis, & Patres veteris testamenti reperitur, expendens, sic ait: Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis & Christo. Illis ad horam aqua facta est, te sanguis dicit in æternum. Induas bibis & sitis, tu cum liberis, sitire non poteris: illud in umbra, hoc in veritate. Et libro 4. de sacramentis capite 4. Magnum quidem (inquit) & venerabile, quod Manna Judæis pluit de celo; sed intellige quid est amplius, Manna de celo, an corpus Christi, utique qui est auctor cali? Deinde Manna qui manducavit, mortuus est; qui manducaverit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in æternum. Similia docet Salvianus libro 2. ad Ecclesiam, his verbis: Judæi quippe habebant quondam umbras, nos veritatem: Judæi Manna manducaverunt, nos Christum: Judæi carnes avium, nos corpus Dei: Judæi primum cali, nos Deum cali.

Respondent primo Hæretici, apud Bellarminum lib. 1. de 48 Eucharistia cap. 4. discrimen fidelium novi testamenti ab antiquis esse in eo situm, quod fidelibus novæ legis datur signum sensibile representans clarior corpus Christi, puta cum verbis, quibus non constabant sacramenta veteris testamenti. Sed hæc solutio facile refellitur, tum quia Manna & Agnus Paschalis longe melius & clarior representabant corpus Christi, ut articulo precedenti ostensum est: tum etiam,

etiam, quia cum Christus panem a se dandum praesert Mannam, non in eo praesert, quod panis a se dandus, praesentat clarius corpus suum, quam Manna; sed in eo praesert, quod Manna erat tantum Manna; at panis quem daturus erat, est ejus caro.

Respondent secundo, Christum loco citato solum vellet, quod fideles veteris testamenti non manducaverunt carnem suam, ut panem caelestem, vi legis, & ministerio Moysi; at non negare, quam eam manducaverint domo Patris caelestis, & suo.

Sed hoc etiam effugium facile potest confutari; Nam si Christus nihil aliud voluisset dicere, quam viventes sub veteri testamento non manducasse panem caelestem, vi legis praesert, Christus esset locutus tantum de illis qui non habuerunt tunc fidem vivam, per quam participarent de promissionibus Christi, & ejus benedictionibus, sed haeserunt tantum in figuris exterioribus, & in vi materiali legis, illi enim soli non manducaverunt per fidem Christum, ut panem caelestem: At Christus loquitur de omnibus fidelibus veteris testamenti, ait enim univ ersaliter: *Patres vestri manducaverunt manna, & mortui sunt, qui manducant hunc panem, vivunt in aeternum.* Ergo Christus asserit Patres veteris testamenti, etiam fide viva praeditos, non manducasse corpus suum, quemadmodum nos illud in lege nova manducamus: Ergo illud manducamus aliter quam fide, vel quam in signo, cum Patres veteris testamenti illud per fidem & in signo spiritaliter manducaverint, ut dicitur docet Augustinus Tractatu 96. in Joann. his verbis: *Manducavit manna & Moyses, manducavit manna & Aaron, manducavit manna & Phineas, manducaverunt multi, qui Domino placuerunt, & mortui non sunt. Quare? Quia visibiles cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter susceperunt, spiritaliter gustaverunt, ut spiritaliter satiarentur. Quare obsequit Princeps VVitenbergensis, cum fide certa credimus, eandem numero naturam subsistere in fide personis inter se realiter distinctis, & unum & idem individuum in resurrectione generali fore reproduendum.*

49 Simile argumentum sumi potest ex eo quod cum lex vetus prohiberet sanguinem, Christiani tamen sanguinem bibant in Eucharistia. Fufe & eleganter prosequitur illud Cyprianus in Sermone de cena Domini his verbis: *Nova est hujus sacramenti doctrina, & Schola Evangelica hoc primum magisterium protulerunt, ut Doctore Christo primum hoc munus innovaret disciplina, ut bibere sanguinem Christiani, cuius ejus legis antiqua auctoritas distriditissime interdicit. Lex quippe ejus sanguinem prohibet. Evangelium praecipit ut bibatur. In quibus mandatis hoc maxime discernere debet Christiana religio, quod sanguis animalium, a sanguine Christi per omnia differt, temporalis tantum habet vivificationis effectum, & vita eorum vitae habet, & sine ulla revocatione terminum conficitur. Ideoque ad obveniam aeternitatem non potest proficere, quod semel obtinuit non surgit ulterius, nec aliqua ei superest virtus. Haec verba Cypriani manifestum est non posse intelligi nisi de vero Christi sanguine: nam si de figura intelligerentur, non esset vera differentia quam constituit inter legem Evangelicam & veterem: Nam in veteri lege non erat prohibitum figura bibere sanguinem, immo multa erant figura sanguinis Christi. Deinde ex ratione hujus differentiae quam reddidit: In veteri lege (inquit) non poterat tibi nisi sanguis animalium, qui non habebat vim nos reddendi immortales, sicut habet sanguis Christi; in nova in veteri lege merito sanguis prohibitus erat, in idem praecipit est tibi.*

ARTICULUS VIII.

Tres alia rationes breviter expenduntur.

50 Prima sumitur ex aliis mysteriis nostrae fidei, quae admittuntur ab Haereticis, nimirum ex mysterio Trinitatis, Incarnationis & Resurrectionis: ex his enim tribus mysteriis breviter ostendendum est, in Eucharistiae mysterio, ut creditur ab Orthodoxis, nullam profus involvi repugnantiam, ut causantur haeretici, subindeque immerito ejus existentiam negari, cum, supposita illius possibilitate, illud Dei bonitatis, & summo quo prosequitur homines amori, sit convenientissimum, nec fit indecens ejus majestati ut ex solutione argumentorum patebit. Sic ergo potest argumentum proponi: Si esset impossibile Christum, vere, realiter, & substantialiter sub speciebus Eucharisticis exsistere, vel hoc repugnet ex eo quod mutata tota substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi, accidentia panis & vini remaneret sine subiecto; vel ex eo quod totum corpus Christi contineretur sub minima quantitate, non occupans locum, sed modo indivisibili sub speciebus existens, vel denique ex eo quod corpus Christi remanens in calice, esset tamen simul in pluribus aliis & distantibus locis: Sed in nullo istorum trium est repugnantia, vel implicantia: Ergo Christum vere, realiter, & substantialiter sub speciebus Eucharisticis exsistere, & substantialiter sub speciebus Eucharisticis exsistere, & substantialiter sub speciebus Eucharisticis exsistere, nulla ex parte repugnat. Major patet, haec enim tria duntaxat in isto sacramento videntur repugnantia involvere, minor

vero probatur, quantum ad singulas partes. Et in primis quod non repugnet ex primo capite, ostenditur ex mysterio Incarnationis. Non minus enim est de ratione substantiae, & natura completa, quam de subsistere, & propria substantiae terminari, quam de ratione accidentis, alicui subiecto inherere: Ergo sicut non obstat quod substantia ex natura sua possit vel de subsistere, nihilominus virtute divina humanitas Christi sustentari in alieno supposito, scilicet in supposito Verbi Divini: ita vice versa, licet natura accidentis sit substantiae inherere, illudque ex sua natura exigit ab aliquo subiecto fulciri & sustentari, poterit tamen supernaturaliter, & de potentia Dei extraordinaria, per se subsistere, sine existere, absque eo quod sustentetur ab ulla substantia.

Quod vero ex secundo capite (ex eo nimirum quod corpus Christi sub minima quantitate, & modo indivisibili sub speciebus Eucharisticis continetur) nullam mysterium Eucharistiae involvat repugnantiam, colligitur ex eodem Incarnationis mysterio, in quo Verbum Divinum immensitatem suam parvulo corporeculo quasi inclavit, sicut Eliseus corpus fimo corpori parvuli aperavit, ut vivificaret illud: cur ergo non poterit similiter corpus Christi, cum suis dimensionibus, virtute divina redigi ad punctum, & creare extensione locali, praesertim cum occupatio loci fit effectus tantam secundariae quantitatis, atque adeo extra ejus essentiam: unde Christus, illo claudro Virginis, ex ejus utero prodit, & claudro lapide egressus est de sepulchro, & clausis janis caecaeum ingressus est.

Demum quod ex tertio capite non repugnet, ex eo nempe quod idem corpus fit in pluribus locis, & sacramentaliter in pluribus hostiis producatur, ex mysterio Trinitatis & Resurrectionis colligitur, cum fide certa credimus, eandem numero naturam subsistere in fide personis inter se realiter distinctis, & unum & idem individuum in resurrectione generali fore reproduendum.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Magis difficilia sunt, & sensibus repugnantia, tria illa mysteria, quam praesentia realis corporis Christi in Eucharistia: Ergo cum allande aequae expressae habeatur in Scriptura istud, ac habentur illa, aequae admitti debet. Consequentia patet, Antecedens vero probatur primo de mysterio Trinitatis, quia quod natura in tribus personis realiter distinctis existit, mirabiliss est, cum quod unum corpus existat in pluribus locis, in uno circumscriptive, & in aliis sacramentaliter, sive substantialiter; nam hoc corpus cum illis locis nullo modo identificatur, bene tamen natura divina cum tribus personis, realiter inter se distinctis: minus autem repugnat servare suam unitatem in pluribus locis a se realiter distinctis, quam eandem naturam subsistere in tribus personis qui identificatis, & inter se realiter distinctis. Secundo, quod mysterium Incarnationis: cum enim major fit unio inter substantiam Verbi, & naturam divinam, quam inter locatum & locum, magis incomprehensibile est, quod in Incarnatione per assumptionem humane naturae ad personalitatem Verbi, non confundatur natura divina & natura humana, vel non dividatur hypostasis, quam quod idem corpus Christi fit modo dicto in pluribus locis. Tertio quantum ad mysterium Resurrectionis, quia magis difficile apparet, quod unum & idem individuum bis fiat, quam quod idem numero corpus sacramentaliter in pluribus hostiis vel producatur vel existat; si enim per creationem & resurrectionem bis fit homo, fit duplici actione: si autem fit duplici actione, quomodo est idem homo?

Secunda ratio sumitur ex usu Eucharistiae, & fundatur in verbis Apostoli 1. ad Corin. 11. *Qui manducat & bibit indigne, judicium manducat & bibit, non dignitatem corpus Domini.* Ex quibus sic formatur argumentum: Apostolus gravat sacrilegio & Detestatio omnes illos qui cum peccati mortalis conscientia recipiunt Eucharistiam, & dicit eos sibi judicium sumere, vel non discernunt corpus Christi. Vel ergo sunt rei illorum criminum, quia revera Corpus Christi sumunt indigne; vel quia tractant indigne Eucharistiam, secundum quod est signum & figura corporis Christi? Si primum dicatur, habemus intentionem; nempe corpus Christi vere & realiter, & non figurative tantum contineri in Eucharistia. Secundum vero dicitur: Primo, quia Manna & Agnus Paschalis in lege veteri erant signum & figura corporis Christi, & tamen nunquam auditur esse, eos qui indigne hujusmodi sacramenta recipiant, fuisse reos Corporis & Sanguinis Christi. Secundo, quia si reverentia erga Eucharistiam secundum quod est figura corporis Christi, reum facit peccati mortalis, sequitur contra doctrinam Adversariorum, quod imaginibus Christi debetur aliquis cultus. Et certe mira est inconstantia Calvinistarum, qui putant se obsequium & honorem Christo & ejus Sanctis prestare, cum eorum imaginem demoluntur, & tamen furtum sacrilegium putant indigne sumere figuram corporis Christi; eo quod injuria tali imagini illata, redundet in eum quem repraesentat.

Haec ratio illustrari & confirmari poterit ex testimoniis SS. Patrum, qui praedicta Apostoli verba possent, aperte docent

docent his significari, illos qui indigne ad sacram mentem accedant, gravem ipsi corpori & sanguini Christi irrogare injuriam. Ambrosius in cap. 10. ad Hebraeos ita quod hoc factum conculcatur corpus Domini. Cyprianus ferm. de lapsis, quod vis inferatur corpori Domini, & ut ac manibus in Dominum delinquantur. Theodoretus in cap. 11. Epistole ad Corinth. haec scribit: *Illud autem verus erit corporis & sanguinis: hoc significat, quod quemadmodum tradidit illum Judas, si autem insultantur Judas, ita cum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum ejus corpus immiscent manibus accipiunt, & in pollutum os immittunt.* Demum Chrysostomus homil. 27. in 1. ad Corinth. haec habet: *Per hoc autem quod frequenter ait, Corporis & sanguinis Domini, manifestat quod non sit nudus homo qui immolatur, sed ipse Dominus & factor omnium, ut videlicet per hoc ipse extereat.*

51 Tertium argumentum est ad hominem, & sumitur ex doctrina ipsius Calvini: ille enim lib. 4. Instit. cap. 17. §. 10. & 23. docet Eucharistiae sacramentum esse maximum arcanum spiritus sancti, incomprehensibile, ac tantum, ut ejus magnitudinem avinire obruat. Item in libro de optima in eundem concordia ratione folio 863. sic ait: *In sacra cena miraculum agnovimus, quod & natura sunt, & sensus nostri modum exuperat.* At haec in sepe dicuntur, si Eucharistia sit tantum figura vel signum corporis Christi; siquidem hoc facillime capi potest, nec est adeo stupendum, neque in eo ullum apparet miraculum, quod naturae sine transcendat, & intellectus nostri modum & intelligentiam superet: Ergo sacramentum Eucharistiae (juxta doctrinam Calvini principia) non solum debet esse signum vel figura corporis Christi, sed illud realiter & substantialiter continere; hoc enim est maximum arcanum spiritus sancti, incomprehensibile, ac tantum, ut ejus magnitudinem animus obruat, & miraculum quod & naturae fines, & sensus nostri modum exuperat.

ARTICULUS IX.

Præcluditur aliis solita evasioni & fraudi Haereticorum.

52 Calviniste ut vim argumentorum quae proposuimus declinent, & testimonium Conciliorum & SS. Patrum, quae supra retulimus, eludant, plerumque asserunt, se quoniam credere quod corpus Christi vere & realiter sumatur in Eucharistia. Ita loquitur Calvin. 4. Instit. cap. 17. §. 3a. ubi habet haec verba: *In sacra cena jubet me Christus sub symbolis panis & vini corpus & sanguinem suum sumere: non dubito quin & Christus vere portigat, & ego recipiam. Et §. 33. Enlo (inquit) fallunt, quia docemus spiritualitatem esse manducationem non esse veram & realem. Similia habentur art. 17. Calvinianae confessionis, ubi sic dicitur: *Praesentiam veram realem Christi Domini confitemur: At illam quam fides non bis offert, non autem quam excoicatio docet transubstantiatio.**

53 Verum haec responso, seu potius elusio & fraus haereticorum, multipliciter confutari potest. Primo quidem ex doctrina ipsorum Calvinistarum: Illi enim asserunt fideles veteris testamenti manducasse corpus Christi, eodem specifico modo, quo voluit nos illud in Eucharistia manducare. Sic interpretatur Apostolus 1. ad Corinth. 10. asserentem fideles veteris testamenti eandem escam manducasse, & eundem potum bibisse: id est (inquit) eandem quam nos nunc manducamus ac bibimus: Atqui certum est fideles veteris testamenti, non potuisse realiter uniri corpori Christi, cum illud nondum existeret, & omnis unio realis inter duo extrema, utraque realiter existere possulet: Ergo manducatio, & unio cum Christi corpore, quam Calviniste in Eucharistia habere dicunt, non potest dici realis.

54 Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Res futuras & nondum existentes non possumus attingere, nisi apprehensione mentis intentionali: Ergo fideles veteris testamenti, non nisi apprehensione mentis attingere poterant corpus Christi nondum existens: Ergo illa unio cum Christi corpore, quae erat in veteri testamento, realis non erat: At ex Haereticis nostra unio cum Christi corpore in Eucharistia, & nostra manducatio, est eadem specificae ac ea quae fuit fidelium in veteri testamento: Ergo realis dici nequit.

55 Secundo, Haeretici, quia sserunt manducationem Christi in Eucharistia, hunc unionem cum Christi corpore quae fit in Baptismo, non in ea sola fieri; sed factam esse etiam in Baptismo & confirmari in acceptatione per fidem Evangelii, Christum nobis annuntiant. Ita habetur in Catechismo Calvinistarum Domnica 51. ubi Minister interrogat: *Hic communio fit ne tantum in cena & ut puer responderet: Nequaquam, habetur enim per Evangelii praedicationem.* Subjungit Minister: *Quid ergo amplius habemus in cena?* Respondet puer: *Communio nostra cum Christo, non in ea confirmatur. Eadem docet Calvin. 4. Instit. c. 17. ubi aperte proficitur, unionem cum Christi corpore quae fit in Eucharistia, non differre specificae & substantialiter, ab*

ea quae fit in Baptismo, vel in Evangelii acceptatione per fidem: At unio cum Christo quae fit in Evangelii acceptatione, non potest dici realis; est enim unio fidei, quae est quidem realis operatio animae, sed non unio talis cum Christi corpore; siquidem unio mentalis cogitationis vel effectus, fertur in objecta toto caelo a nobis remota, sapientia nondum existentia, & forte nunquam futura; unio vero cum re non existente, non est realis; unio quippe realis & actualis utriusque extremi existentiam praesupponit: unde in Christum nondum existentem credebant Patriarchae antiquae legis, ei tamen actu & realiter non uniebantur; & nos credimus futura, & resurrectionem mortuorum, & vitam aeternam, & tamen illis objectis realiter non unimur, nec ea realiter possidemus: Ergo unio Calvinistarum per eam cum Christi corpore in Eucharistia, realis unio cum Christo dici nequit: per unionem enim fidei, objecto fidei realiter non unimur.

56 Tertio, SS. Patres supra art. 4. relati, asserunt quod per 59 Eucharistiae perceptionem Christus vere nobis communicatur, & non per fidem tantum, sed etiam re ipsa nobis unitur: taleque unionem similem esse asserunt illi, quae una sera liquefacta, alteri similiter liquefactae unius, & qua fermentum farinae cui injectur commiscetur: Ergo censent unionem quam habemus cum Christo in Eucharistia, non dici realem ex eo quod fiat per fidem, ut docent Calviniste, sed ex eo quod vere & substantialiter corpus Christi, mediantibus speciebus Eucharisticis, in stomachum & viscera nostra, per veram & realem manducationem descendat. Unde Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 4. *Sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur tibi sanguis.* Et sic Christophorus sumus, id est Christum ferentes, cum ejus corpus & sanguinem in membra nostra recipimus. (Similiter etiam Nyssenus orat. Catech. cap. 37. *Cum nihil (inquit) possit esse intra corpus nostrum, nisi per escam & potionem miscram visceribus nostris, Christum carnem suam manducandum nobis dedit, ut sit in visceribus.*

Demum SS. Patres aperte docent, fieri transubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi, per verba consecrationis: Ergo falsum est quod dicunt Calviniste in suo Catechismo, nimirum praesentiam veram & realem Christi Domini in Eucharistia: eam esse quae fit per esse, non autem quam excoicatio docet transubstantiatio: Consequentia patet, Antecedens vero testimonium SS. Patrum suadet. In primis enim Ambrosius libro 6. de Sacramentis cap. 4. sic ait: *Tu sermo dicit mens panis est, sed panis iste panis est, ante verba sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Et rursum cap. 5. Antequam consecratur panis est, ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes, hoc est corpus meum. Et tunc verba Christi, calix est vini & aqua plenus: ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui solum redempti. Et libro de mysteriis initiandis cap. 9. *Quamvis (inquit) unum exemplis ut probemus non hoc esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit; majoremque esse vim benedictionis, quam naturae, quia benedictioe etiam natura ipsa mutatur? Vergam tenebat Moyses, projecit eam, & facta est serpens. Postea narrat multa alia miracula Moysi, Eliae, & Elisei, tandemque sic concludit: *Quod si tantum valuit humana benedictio ut naturam converteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini salvatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christus sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Eliae, ut ignem de caelo deponeret, non valeret Christi sermo, ut species inter elementorum? De totius mundi operibus legitur: Quia ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea qua sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est novus rebus dare, quam mutare naturas. Ubi tamen aperte loquitur de transubstantiatione, seu mutatione panis in corpus Christi, ut summa impudentia fit id negare, vel revocare in dubium.***

Non minus clare docet illam Cyprianus, vel Auctor 6c sermonis de cena Domini, quem antiquum aliquem & doctissimum Patrem fuisse fatentur Haeretici sic enim sermone illo dicitur: *Panis iste quem Dominus Discipulis porrigebat, non officio sed natura mutatus, emporis nra Verbi factus est caro. Item Cyrillus Hierosolymitanus Catechese 4. mystagogica aperte ponit transmutationem panis in corpus Christi, & solas species panis remanere post eam transmutationem asserit. Ejus verba sunt: *Christus aquam aliquid quando mutavit in vinum, quod est sanguis propinquum, in Cana Galilaeae sola voluncate; & non erit dignus cui credamus, quod vinum in sanguinem transmutavit? Quare omni cum certitudine corpus & sanguinem Christi sumamus, nam sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur sanguis.**

Et in fine hujus Catechese: *Hoc (inquit) sciam pro certissimo habere, hunc panem quia a nobis videtur, non esse panem, quamvis gustus panem esse sentiat, sed esse corpus Christi, & vinum quod a nobis conspiciatur, tamen gustus gustus vinum esse videtur, non esse vinum, sed sanguinem Christi. Quibus*



Iem ejus presentiam in hoc sacramento, sed tantum inuit eam esse occultam.

79 Respondendo secundo, Eucharistiam non esse commemorationem Christi simpliciter & precise, sed Christi Patientis & morientis, juxta illud 1. ad Corinth. 11. Quotiescumque manducaveritis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiatibus donec veniat: passio autem & mors Christi jam praterierunt: unde potest eorum memoria fieri in Eucharistia, licet Christus ibi realiter & substantialiter existat.

80 Objicies sexto. In multis Scripturæ locis verbum *Est*, sumitur pro significat, ut cum 1. ad Corinth. 10. dicitur: *Petra erat Christus*, & cum in Evangelio Christus de se dicebat: *Ego sum vitis vera: Ego sum ostium*. Item Exodi 17. agnus qui a Judeis immolabatur, vocatur *phas*, id est transitus, & ad Galat. 4. duo filii Abraham, esse duo testamentum dicuntur. Quidni ergo hæc verba Christi: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, in eodem sensu metaphorico non licebit usurpare, eaque de figura & representatione corporis & sanguinis Christi interpretari?

81 Respondendo primo, quod si hic discursus valeret, probaret non solum licere hæc verba Christi: *Hoc est corpus meum* in sensu metaphorico & improprio usurpare, sed etiam ista: *Ego & Pater unum sumus, et tres unum sumus. Verbum caro factum est.* Hæc enim verba non magis expresse significant consubstantialitatem Filii cum Patre, & unitatem naturæ divinæ in tribus personis quam ista: *Hoc est corpus meum* realem existentiam Corporis Christi, sub speciebus panis: unde si hæc verba tropis & figuris exposita sunt, cur non etiam & in illis? Unde egregie Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10. *Si animum occupaverit alicujus erroris opinio, quidquid alter affererit Scripturæ, figuratum hominibus ostendatur.* Recte etiam Sacramentarius verba ista Iræni lib. 4. adversus hæreses cap. 34. adaptari possunt: *Conceditur hi tales semper typos typonum, & imagines imaginum adinventare, & nunquam frgere animam suam in uno & vera Deo.* Sive ut loquitur Evardentius ejus Commentator in cap. 12. lib. 2. *Ubi & metonymis inbiantes, veri Corporis Christi usi excedunt. Similes & sepi eam, qui panem quidem velipuit, in vinum autem ejus impetum fecit, & perdidit eam, ut eodem cap. 12. S. Irænius ait. Hoc eodem apologeto utitur Epiphanius contra Cerdonianos: Conjigit (inquit) hi cæcis proverbium, qui umbra intensus non continentis quod habebat in ore, & in aquam intuens, & in majorem umbram aqua esse putans, quam eum quem in ore habebat, aperto ore etiam cum quæsi habebat amittit. Sic & hi, cum vium respiciunt, & vinum aspectu velint in suspitione non habere, non solum cibum, qui in ore ipsorum, non ita dicunt, erant ex Deo donatus, amiserunt, sed etiam pernicium sibi ipsi attraxerunt.*

82 Respondendo secundo, concessio Antecedente negando Consequentiam & paritetatem: nam in illis locis Scripturæ, in quibus signum nomen rei significata gerit, additur aliquid substantivum, vel prædicatum, ex quo allegorice sensus manifeste deprehenditur: immedie enim antequam Paulus diceret: *Petra autem erat Christus*, dixerat loquens de Hæbreis: *libebat autem de spiritali consequente eis petra, protulisse fermo erat de vita spiritali, & de ejus signo.* Similiter quando Christus dixit se esse vitem, vel ostium, determinavit sibi se loqui de vite & ostio spiritualibus, ut ex antecedentibus & consequentibus aperte colligitur. Item Exodi 12. non absolute emanatur de ipso agno, quod sit phas, sed ipsa cæremonia ejus agni, quod fit religio transitus, id est cæremonia que representatur; sic enim legitur: *Hæc est religio phas.* Denique aperte Apostolus docem filiorum Abraham nativitates, allegorice duo testamentum interpretatur, subdit enim: *Qua sunt per allegoriam dicta.* At vero in nostro casu, plane oppositum contingit; verba enim que Christus adjunxit prædicato sui corporis & sanguinis, dicens *quod pro vobis traditur vel tradatur: Quod pro vobis effunditur, vel effunditur*, repugnant metaphore, vel allegorie, quandoquidem quod traditum fuit, vel effusum: non erat solum figura corporis & sanguinis Christi.

83 Instans Calvinista: Christus Luca 22. & 4. ad Corinth. 12. refertur dixisse: *Hic calix est novum testamentum*: seu fœdus in sanguine meo: At quod est in calice non est testamentum & fœdus, nisi metaphorice: Ergo verba que Christus adjunxit prædicato sui sanguinis non repugnant metaphore vel Allegorie, sed potius eam inuunt.

84 Respondendo, concessio Majori, negando Minorem; vox enim testamenti secundum communem & usitatum modum loquendi, dupliciter sumitur: Primo pro voluntate testatoris, & hoc modo usurpat a Matthæo, cum dixit *Hic est sanguis novi testamenti.* Secundo, pro instrumento authentico que declaratur voluntas testatoris: & hoc modo sumitur a Luca & Paulo dicentibus: *Hic calix novum testamentum est in meo sanguine*, ita ut sensum faciat hæc propositio: Hic calix est instrumentum authenticum meæ voluntatis, consistens in meo sanguine. Vel sanguis meus contentus in hoc calice, est instrumentum vi cu-

jus ex voluntate mea fideles habent jus ad percipiendam celestem hereditatem: unde fassum est sanguinem Christi qui est in calice, non posse dici testamentum & fœdus in propria acceptione testamenti.

Addo quod, testamentum & fœdus in Scriptura, & lingua Hæbraica, qua Christus utebatur, dicitur esse hostia, seu victima cæsa in confirmationem reconciliationis & concordie: Sed Christi sanguis in calice, est victima cæsa, seu pars victimæ cæse pro reconciliatione generis humani: Ergo proprie testamentum seu fœdus dici potest. De quo videri potest Maldonatus in versum 28. cap. 26. Matthæi.

Dici etiam potest cum Cardinali Perronio libro 1. de Eucharistia cap. 26. quod phrasî usitata Hæbris, sacrificium pro fodere vocatur fœdus, sicut sacrificium pro peccato, appellatur peccatum: unde Osee 4. Sacerdotes comedere peccata populi dicuntur, id est victimas obtatas pro peccatis populi: unde cum Christi sanguis positus in calice, sit victima pro peccatis nostris, phrasî usitata Scripturæ, & propria, fœdus & testamentum novum dici potest.

Objiciant septimo Calvinista, Christus variis locis Evangelii significat se non futurum in terra, post gloriosam Ascensionem suam: ut cum Joann. 6. Discipulis murmurantibus, quod pretium urgenti in caput ejus effusi a Magdalena, non esset potius datum pauperibus, dixit: *Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis*: At si Christus esset realiter & substantialiter præsens in Eucharistia, post gloriosam Ascensionem suam: adhuc remaneret in terra: Ergo non esset realiter, & substantialiter præsens in Eucharistia.

Addit Calvinus in libro 4. insit. cap. 17. §. 27. *Scriptura refertur Christum, quod attinet ad naturam humanam, ascendisse in celum, ubique mansurum usque ad diem judicii*; & tunc demum & non ante, ad inferiora hæc loca rediturum: non igitur verum est, eum sepe descendere, ut Papista voluit.

Hoc argumentum videtur Adversariis insolubile, unde 89 perpetuo clamant nos destruere unum articulum Symboli, nempe ascensionem Christi in celum, & ejusque in calo permanentiam usque ad diem judicii. Verum hæc facile dissolvitur, Christus enim in verbis quæ dixit ad Discipulos de effusione urgenti murmurantes, significare tantum voluit, quod non erat futurus in terra, post gloriosam ascensionem suam, præsentia ordinaria & familiari: in qua ei conveniret obsequia effusionis urgenti, aut familia: hoc vero non excludit, quin præsens sit in terra, alia præsentia, sed miraculosa & supernaturali. Sicut cum Luca 24. apparuit in cenaculo Discipulis, vere tunc cum illis erat, & nihilominus dixit illis: *Hæc sunt verba que locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum*; quia nimirum tunc erat quidem realiter cum illis, sed præsentia miraculosa & supernaturali, antea vero fuerat cum illis, præsentia ordinaria & familiari. Quod autem de præsentia ista, verba supra dicta Christi ad Discipulos intelligenda sunt, ex eo patet, quod Christus ibi loquatur de præsentia qua habebat nobiscum pauperes: id enim requirit antithesis *pauperes semper habebitis, me autem non semper habebitis*: id est eo modo quo habetis pauperes, hoc est, visibilibus & humano modo conversantem.

Ad illud quod subdit Calvinus, respondeo restem 89 Christi in Eucharistia presentiam, cum mysterio ascensionis ejus in celum, & perpetuam ejus usque ad diem judicii in calo permanentiam, nequaquam pugnant, non enim debet celum deserere, ut descendere motu locali, ut fiat præsens in Eucharistia, nec repugnat illud simul esse circumscriptive & modo conaturali in celo, & sacramentaliter, ac modo supernaturali & miraculoso in Eucharistia, & ut fassus infra declarabitur.

ARTICULUS XII.

Solvantur objectiones Calvinistarum ex Passibus.

PLACUI obijciat Calvinista Patrum testimonis, ad probandum Eucharistiam esse tantum figuram corporis Christi, illudque solum per fidem spirituatiter a fidelibus manducari, sed difficiliora tantum & obscuriora hic adducemus; & exponemus; alia vero apud Cardinalem Perronium lib. 2. de Eucharistia videri poterunt.

Objiciant ergo primo Hæretici: SS. Patres nonnunquam 91 vocant Eucharistiam, signum corporis, autotypum, figuram, & representationem Christi, ut patet ex Tertulliano lib. 1. contra Marcionem, paulo ante medium, ubi hæc scribit: *Sed ille usque nunc nec aquam reproberit Creatoris qua suis ablutit, nec oleum quo suos ungit, nec meli & lactis societatem, qua suo infantem, nec panem in quo corpus suum representat.* Et lib. 4. cap. 4. explicans illa verba Christi: *Hoc corpus meum*, sic ait: *Acceptum panem, commestique figura legis implevit, subiecit scilicet pro figura veritatem.* Inter exempla autem harum mutationum figuræ in veritatem, quas implevit Christus, hæc

hierarchy in cap. 3. dicit: *Dona in altari perfecta, id est Eucharistia symbola sunt, at non veritas, & vultus vobis sui & ad Deum.* Item S. Anbrofius lib. 2. de officiis cap. 48. affert Christum hæc offerri in imagine, in celo in veritate. Demum S. Augustinus in enarratione Psalmi 3. in principio dicit: *Christus adhibuit Judam ad convivium, in quo corpus & sanguis sui figuram commendavit, & tradidit Discipulis. Et libri contra Adimantum cap. 12. Non dubitavit (inquit) Dominus dicere, hoc est corpus meum, cum signum hæret corporis sui.*

Ad hæc omnia testimonia responderi potest primo generali solutione, Patres quidem vocare interdum Eucharistiam figuram, signum, & antitypum Corporis Christi, vel secundum species solas, & symbola externa, que sunt signa corporis Christi, non vacua, sed plena re significata, sicut pastillas significat carnes que continet: vel etiam secundum totum constitutum ex corpore & speciebus, quod est signum corporis Christi, non simpliciter sumpti, sed ut patientis in cruce, cujus passionis & mortis Eucharistia est commemoratio & representatio: quemadmodum enim Rex aliquis possit Iudo populo victoriam olim a se reportatam ita exprimere, ut ipse sumeret personam gereret, & representaret: ita Christus in Eucharistia realiter existens, seipsum olim passum representat: Item Eucharistia a SS. Patribus figura appellatur, quia visum est Corporis mystici, quod est Ecclesia, cujus unitas per panem ex multis granis confectum representatur, ut explicat Augustinus tract. 26. in Joann. Vel quia est representatio glorie nostre future, & fructus divinæ essentia, cujus est vultus pignus. Unde Prosper de corp. Domini: *Qui corpus Christi sumit, etiam salutis accipit, & immortality pulchrum bibit.*

Quod vero interpretationes istæ legitime sint, patet ex 93 ipsi SS. Patribus, qui esse aperte tradunt. Nam S. Augustinus citatus a Gratiano can. *Utrum sub figura*, de consecrat. dist. 8. sic ait: *Corpus Christi & veritas & figura est. Est veritas, dum corpus Christi & sanguis est & panis & vini substantia efficiunt. Figura vero est id quod exteriori sensui. Item eadem distinctione, can. *Corpus Christi*, de sumpto ex Hilario Papa, Leonis Primi successore, sic dicitur: *Corpus Christi quod sumitur de altari, figura est, dum panis & vinum videtur extra; veritas autem, dum Corpus & Sanguis Christi in veritate intus creditur.* Refert etiam Claudius de Sainctis, Repetit. 3. cap. 4. fol. 76. initio litud ex Anselmo: *Christi benedictione panis fit corpus ejus, non significatio tantum, sed etiam substantive. Neque enim ab hoc sacramento figuram omnino excludimus, neque eam solum admittimus. Veritas est, quia Christi corpus est: Figura est, quia immolatur idcirco dicitur, tunc autem intellectuali modo, ac per solum aspectum.* Denique D. Anbrofius lib. 2. de officiis hæc scribit: *Hic umbra, hic imago, illic veritas. Umbra in lege, imago in Evangelio, veritas in celestibus. Ante agnus offerretur, offerretur & vitulus. Nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & offerri seipsum quasi sacerdos, ut peccata dimittat. Sic in imagine, ibi in veritate ubi apud Patrem pro nobis quasi advocatus intervenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus. Illic facie ad faciem, ubi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate est.**

Ex his ergo facile constat solutio ad omnia testimonia adducta: majoris tamen claritas gratia, per singula discurrendum est. Unde ad Tertullianum respondeo ipsum in primo loco usurpare verbum illud, *representare*, pro demonstrare, seu presentem exhibere: sicut in communi modo loquendi accipi solet, & ipse Tertullianus frequenter usurpat; sic enim lib. 4. contra Marcionem capite 22. dicit: *Patrem representantem Filium dixisse, hic est filius meus dilectus.*

Ad secundum vero testimonium respondeo primo solutione generali adducta, quod cum Tertullianus expresse dicat in illo loco, Christum panem corpus suum facile, id est in corpus suum convertisse, quando deinde subdit: *hic est corpus meum*, id est *hic est figura corporis*, non intendit excludere realitatem, sed cum realitate etiam admittit significationem, & vult quod species illic externe sint modo explicato figura corporis Christi realiter contenti.

96 Respondendo secundo, Tertullianum eo loco solum declarare voluisse, quod Christus, id quod in veteri testamento fuerat figura corporis Christi, scilicet panem, effecit, instituo Eucharistiam, per conversionem, corpus suum. Unde particula *id est*, non explicat prædicatum propositionis, sed *corpus meum*, sed subjectum tempore particulam hoc. Qui sensus ex antecedentibus facile intelligitur, nam ibi docere intendit, Christum non remisse improvisi, sed longe antea fuisse prophetatum, commestique figura legis implevit, subiecit scilicet pro figura veritatem. Inter exempla autem harum mutationum figuræ in veritatem, quas implevit Christus, hæc

affert, quod panis in veteri lege erat figura corporis Christi, juxta illud Jeremia 11. *Mittamus lignum in panem ejus*, id est crucem in corpus ejus, & in nova lege Christus figuram illam implevit, seu in veritatem mutavit, convertendo panem in corpus suum. Unde statim subijcit: *figura autem non fuisse, nisi veritatis corpus esse.* Quæ ultima verba aperte declarant, ipsum loqui de pane, qui in veteri testamento erat figura corporis Christi, non vero de pane Eucharistico; si enim de Eucharistia loqueretur, non diceret *non fuisse figura*, sed non esset.

Nec mirari quisquam debet, quod particula *id est*, loco citato, non ad prædicatum propositionis, sed ad subjectum referatur; hæc enim metathesis, seu transpositio, stylo Tertulliani, conciso, & involuto, familiaris est; sicut alia illa libro contra Praxeam cap. 29. *Christus mortuus est, id est vultus*; ubi planum est vocem *vultus*, non ad mortuum, sed ad Christum (ex greco *χρῆστος*, ab unctione dictum) referendam.

Ad locum Maximi respondeo ejus sensum non esse, quod 97 dona que sunt in altari, non sint in veritate corpus Christi, sed tantum quod non sint æterna ipsa beatorum, & futura sanctorum gloria: seu quod participatio Eucharistie non sit reipsa, sed representatione tantum, gloria nostra futura, & fructio divinæ essentia. Hæc intentio Maximi manifestè est legenti antecedentia & consequentia in ejus textu: nam hic Auctor, cum Dionysio capite illo 2. celestis hierarchie, quod interpretatur; immo & cum Divo Paulo ad Hæbræos 10. tria distinguit; umbram, imaginem, & veritatem, ambramque ait fuisse in lege veteri, imaginem esse in Evangelio, veritatem autem futuram in celo, unde annot. 5. post verba citata in objectione, ait: *Dona perfecta in altari, sunt imago, umbra sive in sacrificiis legalibus, veritas erit in calo.* Ex quo etiam facile intelligitur locus Ambrosii, & dicens Christum hic offerri in imagine, in celo in veritate, non enim ibi opponit imaginem substantia & veritati, sed tantum clara notitia; quia hic Christum velatum per fidem adoramus, in celo facie ad faciem contemplantur: unde vult tantum Christum offerri hic in imagine, hoc est in specie aliena panis & vini, cum tamen in celo appareat in propria specie. Id patet ex verbis ejus quibus explicat quod dixerat, ait enim: *Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus, illic facie ad faciem ubi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate est.* Unde etiam paulo ante distinguens umbram ab imagine: *Ante (inquit) agnus offerretur, offerretur vitulus, nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo recipiens passionem.*

In eodem sensu intelligenda sunt hæc verba D. Bernardi ex ferm. 33. in Cantica, quæ etiam objiciuntur ab hæreticis: *Habeo & ego verbum, sed in carne; & mihi apparet veritas, sed in sacramento. Angelus est adipe frumentum saginatur, & nudo satiatur grano. Me operari quodam Sacramenti cortice esse contentum, curia furescere, littera palca, velamine fidei. Significat enim Angelos frui ipsa adipe, quia facie ad faciem intuentur Verbum, non autem in conspectu non habere, nisi corticem sacramenti, nec enim videmus aliud quam species panis & vini, sed tamen intra eum corticem latere etiam granum; supra dixerat Bernardus.*

Denique ad Augustinum respondeo, quod licet loquendo de Eucharistia, eam figuram & figuram corporis Christi appellat, propterea tamen non excludit quin sub figura externa realiter includatur corpus Christi; hæc dicit totam Eucharistiam esse figuram tantum corporis Christi, aut esse figuram vacuum, sed intendit Eucharistiam esse exteriori figuram, & interius plenam veritatem corporis Christi; quemadmodum columba que sedit super caput Christi, Marci 1. & Luca 3. erat figura Spiritus sancti, per speciem externam, & intus Spiritus sanctus, juxta illud, *Vidit Spiritum tamquam columbam, aut in specie columbe descendentem.* Unde, ut supra vidimus, idem S. Doctor, apud Gratianum de consecrat. distinct. 2. can. *Utrum sub figura*, ait: *Corpus Christi & veritas & figura est. Veritas, dum in virtute Spiritus sancti ex panis & vini substantia efficiunt: figura vero est id quod exteriori sensui.*

Ex his intelligens quanta sit Religionis nostre perfectio, cui datum est id reipsa habere quod figuris tantum & figuris, tempore legis Mosaicæ adumbratum fuerat, & expectare claram hujus mysterii visionem, qua beati perfruantur in patria. Unde Dionysius de Ecclesiæ hierarchia cap. 5. ait Ecclesiam nostram median esse inter synagogam & celestem Hierusalem, & propterea utriusque participem. Et Eucherius: *Tria (inquit) sibi Deus tabernacula facit: Synagogam, que umbram habuit sine veritate: Ecclesiam, que veritatem & umbras habet: celum, ubi nulla sunt umbra, sed nuda veritas.* Quod & Catechismus Romanus parte 2. titulo de Eucharistia num. 3. eleganter expressit, his verbis: *Satis mirari fideles nunquam poterunt sancta Ecclesiæ perfectionem, ejusque gloria altitudinem: cum inter eam & celestem beatitudinem*

...non tamquam gradus interesse videatur. Hoc enim cum...

101 Obijciunt infuper Calvinista celeberrimum locum ex Augulino in Psalm. 98. ubi Christum sic loquentem ad...

Verm hic locus recte explicatur a Divo Thoma hic quest. 73. artic. 1. ad 1. de corpore visibili & passibili...

102 Obijciunt etiam aliud Augulini testimonium, desumptum ex libro 2. de peccatorum meritis cap. 26. ubi sic ait:...

At ibi manifeste loquitur Augustinus de pane Catechumenorum, quem vocat sacramentum, lata & impropria...

103 Denique obijciunt illud Augulini tr. 25. in Joann. Quid panem dicitur esse verum? Crede, & manducasti. Et illud ex tr. 26. Crederis in eum, hoc est manducare panem vivum.

Sed ad hac facile respondetur. Augustinus ibi loqui de manducatione Christi spirituali, per fidem Incarnationis, non autem de Eucharistia, nondum enim pervenerat ad locum Evangelij ubi agit de hoc sacramento, ut recte observavit Bellarminus.

ARTICULUS XIII.

Solvuntur argumenta ex rationibus humanis.

104 Argumenta desumpta ex rationibus humanis, qua contra realem Christi in Eucharistiam presentiam obijciuntur ab hereticis, ad quinque precipua reduci possunt. Obijciunt enim in primis, repugnare quod accidentia in Eucharistia sine subiecto existant cum inherencia sit de ratione accidentis, sicut perfectas est de ratione substantie. Secundo dicitur repugnare corpus humanum esse inextensibile, cum extenso localis sit effectus formalis quantitatis. Subinde quoque corpus Christi non posse intra parvam hostiam contineri, & multo minus poni in indivisibili, ut docent Catholici. Tertio, asserunt repugnare quantitatem corporis Christi penetrare quantitatem panis & vini, & intra ipsam collocari; eum impenetrabilitas sit de ratione corporis, & proprius effectus quantitatis. Quarto, contendunt implicare contradictionem, quod idem corpus indivisibile manens, simul existere in pluribus locis, subinde quoque corpus Christi non posse esse in celo empyreo ad dexteram Patris, & in terra in sacramento Eucharistiae, & multo minus simul poni in pluribus altaribus per consecrationem diversarum specierum. Denique dicunt, hac presentia reali concessa, multa Christi majestate proflua indigna admittenda esse, nempe Christum aliquando in terram cadere, dentibus atteri, in ventrem & fecellum ire, a muribus devorari, vel corrodii, putrescere, ejus sanguinem acere, & tandem cremari: Etta quibus argumentis omnipotentis Dei humana corda debili infirmata, quam possidet unitas? Inquit D. Augustinus in simili lib. 22. de Civit. cap. 11. fere initio.

105 Respondeo primo, non esse iudicandum de Eucharistia, secundum principia philosophiae & sensus communis, cum hoc mysterium sit supra rationem humanam, & philosophiam Aristotelicam, & Deus plura possit prestare, quam ratio nostra ut possibilia apprehendere. Unde Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Joann. cap. 13. comparans Christianos qui ex sensu volunt iudicare de Eucharistia, Capharnaitis, qui dixerunt: Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum? Docet multis verbis, hanc vocem esse iudaicam, & Christiano indignam, & ad extremum lib. 4. in Joann. cap. 2. concludit his verbis:

si vero tu etiam nunc a Judea, quomodo clamans, libenter hanc carnem imperitiam ego secutus, quomodo de Aegypto exivisti interrogabo, quomodo in serpente desolata virgo vesca fuit, quomodo lepra manibus assilla, uno momento temporis in pristinum statum restituta iterum fuit, quomodo in naturam sanguinis aqua transierunt, quomodo panes tui per maria maria, ut per aridas effugerunt, quomodo per lignum amarae aquarum in dulcedinem rediit, quomodo & lapide fontes eorum fluxerunt, quomodo steris Jordanis, quomodo solo clamore inextinguibili iteris cecidit?

Respondeo secundo sigillatim ad ea quae obijciuntur. 106 Ad primum quidem quod licet accidentia non possint naturaliter existere sine subiecto cui inhaerent, bene tamen supernaturaliter & de potentia Dei extraordinaria: non magis enim est de ratione accidentis alteri inhaerere, quam de ratione substantiae per se subsistere; quod enim inherencia est in accidentibus, hoc hypostasis seu substantia est in substantiis: cur ergo, sicut in mysterio Incarnationis humanitas Christi privatur propria hypostasi & substantia, ut in altero, scilicet in Verbo, subsistat, non poterit divinitus quantitas panis & vini in Eucharistia, carere inherencia sibi debita, & sine subiecto existere? Potestque id confirmari & illustrari ex Doctrina D. Basilij, qui homin. 9. in Hexameron tradit prima die creatam esse lucem per se subsistentem, & ab omni subiecto separata. Verba ejus sunt: Primo die ipsa non luce facta producta est, quare autem die, Soli corpus, ut esset illi primogenita luci orbicularis, est conditum. Et infra subdit: Itaque non nihil accidentis fieri hac non posse, ut lux a corpore solis separaretur. Neque enim ego lucis a Solis corpore separationem mihi ac tibi possibilem esse dico, sed ferendam esse censo, quae mentis sola agitatione, cogitationeque disponat a se possunt, ea re ipsa sequejantur factitate Creatoris utriusque naturae posse. Idem docet Nazianzenus in oratione de novo die Dominico, & Theodoretus in quaest. super Genesim, quaest. 14. & 16.

Ad secundum dicendum, nullam implicare contradictionem, quod corpus aliquod liberetur ab extensione locali sibi connaturaliter debita: nam de essentia corporis non est extensio illa actualis, & dispositio partium in loco, secundum quamdam correspondentiam ad illud; sed extensio tantum in ordine ad se, quae consistit in ipsa multitudine partium, ex quibus constat ipsius entitas, apta coextendi loco, & spatio divisibili. Unde licet corpus Christi in Eucharistia careat extensione locali & ponatur in indivisibili, non propterea desinit habere duas aures, duo brachia, duos pedes, & quotquot partes habebat antea; neque propterea desinit caput esse unicum immediate collo & non pectori; collum autem humeris & non pedibus, quamvis haec omnia secundum locum simul sint, & unico spatio puncto claudantur.

Porro quod corpus aliquod possit divinitus ab extensione locali liberari, tum auctoritate Scripturae, tum ratione probari potest. Christus enim Matth. 19. Marci 16. Luca 18. testatur, Deum posse efficere ut camelus transeat per foramen acus: At non potest camelus transire per foramen acus, nisi locum non occupando, aliquo minus esset minus suo minori: Ergo divinitus potest corpus liberari ab extensione locali sibi connaturaliter debita. Ratio etiam suadet: Nam ut magnitudo sua mole replet locum, & aliud corpus extrudit, ita corpus grave, sua gravitate ponderat, & alia corpora deprimit: At fieri potest divinitus, ut corpus grave, sua gravitate non ponderet, & alia corpora sibi subiecta non deprimat, ut patet eam Christum super aquas ambulavit: Ergo etiam supernaturaliter & de potentia Dei absoluta fieri potest, quod corpus aliquod privetur extensione locali sibi conaturaliter debita, & quamvis habeat extensionem partium in ordine ad se, non tamen in ordine ad locum. Ad hoc quod difficultus est, corpus quodcumque & nihilo create, aut in nihilum redigere; quoniam in punctum spatio illud contrahere; & tamen certa fide credimus, duo prima a Deo effici posse; et ergo tertium quoque divinitus esse possibile non credemus?

Idem ratio patet, possibilem esse penetrationem dimensionum supernaturaliter: tria enim corpori conveniunt, quorum unum ex altero connaturaliter sequitur. Primum est habere partes extra partes. Secundum, coextendi & commensurari loco. Tertium expellere fere extrudere aliud corpus ex loco, seu non pati fecum aliquid magnitudinem in loco sibi adaequato; & hoc tertium sequitur ex secundo, sicut secundum ex primo; ideo enim unum corpus non patitur aliud locum, quia replet totum locum; unde sicut potest supernaturaliter aliquod corpus ab extensione locali liberari, & esse extensum in ordine ad se, absque eo quod fit extensum in ordine ad locum, quia prius per Dei potentiam potest separari a suo posteriori, cum ab illo non dependat essentialiter, ita & potest unum corpus occupare locum, & tamen non expellere aliud, quod dicitur proprie penetratio corporum. Unde SS. Patres communititer docent, Christum de utero matris clauso, intemerata virginitate...

mentem integritate carnis, exiisse; idque praedictum fuisse Ezechiel 44. ubi describitur porta quadam clausa, per quam Iesus Dominus intrat, hanc enim portam uterum semper clausum Virginis Deiparae esse docent Hieronymus in commentario hujus loci; & Ambrosius lib. de inlitor. Virgin. cap. 7. Quae est porta (inquit) nisi Maria, ideo clausa, quia Virgo? Porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quod virginali Jusu est partu, & genitalia virginum clausura non solvit. Mansit intemeratum septem pudoris, & involuta integritate durare si gaudula, cum exiret ex Virgine. Et cap. 8. Haec porta clausa erit, & non aperietur: bona porta Maria, qua clausa est, & non aperietur: transiit per eam Christus, sed non aperuit. Asserunt etiam SS. Patres, Christum post Resurrectionem suam, intrasse in coenaculum januis clausis, sicut in nativitate sua, ex utero clauso Matris exierat: Mali corporis (inquit Augustinus sem. 159. de tempore) ubi dicitur erat, estin clausa non obstitit: illa quippe non est aperta intrare quo nascente virginis Matris involuta permansit. Integra sane omnia & obscura (subdit Hilarius lib. de Trinit.) sed ecce assistit medius, cui per virtutem suam intorreo suam pervenit. Nihil edit ex solido, neque per naturam suam aliquid tamquam lapsu insensibili ligni & lapides amittunt. Corpus Domini a se se non desinit, ut se se resumat ex nihilo; & unde qui assistit in medio est? Item penetrationis miraculum eleganter declarat Cyrillus lib. 12. in Joann. exponens enim verba illa Joannis, Cum ergo sero esset die illo una sabbatorum, & fores essent clausae, &c. haec scribit: O, Oberatis foribus in medio re-tit Christus, inanimabilis quadam virtute, Deoque con-venienti supra rerum ordinem, omnemque rationem humanam. Nemo enim dicit, quomodo, quae, in crasso corpore cum esse Dominus, nullo tamen negotio, tamen janua clausa efficit, penetravit; sed apud se cogit potius divinum Evangelium haudquamquam haec de aliquo nostro simili dicere, sed de eo potius qui Deo ac Patri afflatur, atque omnia quaecumque vult facit. Oportebat enim cum Deus secundum naturam suam sit, ac verus nequaquam subiacere rerum ordini, sicut res ab ipso create, sed necessitati ipsi, & omnium quae aguntur rationi dominari. Alioquin enim quo pacto mare pedibus suis subiret, haudque sicco pede transiret, neque enim noceret corporibus aqua subter-runtur; aut quomodo alia miracula virtute Deo con-ferantur, venient ederet? Et rursum exponens versum 26. ejusdem capitis ad. Joannis, ait: Apparat iterum suis Discipulis mirabili ratione, ut Deus: non enim sicut nos aperiri sibi fores ingredientis iussit, sed eo neglecto jam penetravit, & in media domo repente apparuit &c.

Docent etiam SS. Patres, quod post Resurrectionem generalem, corpora gloriosa sanctorum, ratione doni sublimitas, quo erunt praedita, alia corpora penetrabunt. Ita Auctor de cognitione verae vitae apud Augustinum cap. 154. ubi haec scribit: Corpus sanctorum reserget spiritale, quia levitate, levitate, persistentiae spiritibus erit aequale, & omne solidum erit et penetrabile; sicut & corpus Domini, lapide clauso surrexit, & januis clausis intravit. Idem docet Damascenus lib. 4. de fide cap. 48. his verbis: Resurget corpus spirituale, immutabile, subtile; haec enim significat spirituale, quia post Resurrectionem corpus Domini erat, cum per januas clausas transiret. Item Anselmus libro de similitudinibus cap. 53. Quaequam Angeli assumebantur, eorum quoque libertatem necessario assequuntur. Itaque sicut Angelis nihil obstat, nec aliquid eos impedire potest, vel constringere, quia pro velle suo cunctis penetrent liberrime; ita non erit aliquod obstaculum quod nos retardet, nulla clausula qua nobis ultratenus obstat, &c. Denique Laurentius Justinianus libro de disciplina & perfectione Monachorum c. 23. sic habet: Caro cum in hac vita degit & peregrinatur a Domino, animalis natura est; post vero Resurrectionis gloriam, tota spiritalis efficitur, ita ut omne solidum ab se perveniat; non clausura teneri poterit inclusa, non vincula religata, non restricta custodia, sed liberam ingrediendi & egrediendi ubique recipiet facultatem. Ex quo patet solutio ad tertium.

Ad quartum vero dicendum, quod quamvis repugnet idem numero corpus esse simul in pluribus locis circumscriptive, non tamen implicat quod sit in uno circumscriptive, & in pluribus aliis sacramentaliter: unde corpus Christi potest esse praesens in celo circumscriptive, & ad dexteram Patris in propria specie sedere, & simul in terra sacramentaliter poni in Eucharistia, & in pluribus altaribus simul existere, ut diserte docet Tridentinum sess. 13. cap. 1. his verbis: Decet sancta Synodus, & aperte ac simpliciter protestetur, in alio Eucharistia Sacramento post panem & vini consecrationem, Christum realiter ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilibus contineri: nec enim huc inter se pugnat, ut ipse Salvator noster semper ad dexteram Patris in caelis assistat, iuxta modum existendi naturalem, & in multis nihilominus aliis locis sacramentaliter praesens sua substantia non adsit. Idem tradunt SS. Patres: Basilium enim in sua Iurgia, sic Christum depreca-

tur: Veni ad sanctificandum nos, qui sursum Patri consistis, & hic nobis invisibiliter coexistis. Et Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, sub initium: O miraculum (inquit) o Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sederet, in illo ipso temporis articulo omnium manibus pertractatur! Item Gregorius Nyllenus in orat. de Paschate, sic ait: Sicus divinitus replet mundum, & tamen una est: ita Christus innumerabilibus consecratur, & tamen unum corpus est.

Ratio vero a priori, cur licet repugnet idem numero corpus circumscriptive poni in pluribus locis, non implicet tamen illud fieri praesens sacramentaliter in pluribus altaribus, est quia praesentia localis & circumscriptiva sumitur a quantitate, & est effectus formalis illius, saltem secundarius: unde cum effectus formalis secundarius multiplicari nequeat, immultiplicato primario, a quo essentialiter dependet; nec effectus formalis primarius multiplicari possit, nisi ipsa forma multiplicetur; quia effectus formalis primarius nihil aliud est quam ipsa forma, ut communicata subiecto, hinc fit quod non possint multiplicari praesentia locales & circumscriptivae, immultiplicata quantitate: cum autem unitas numerica corporis a quantitate sumatur, implicat eam in uno & eodem corpore multiplicari. At vero praesentia sacramentalis non a quantitate, sed a conversione substantiae panis in corpus Christi desumitur; unde tot possunt dari praesentia sacramentalia, quot possunt poni conversiones: illa vero, cum non tribuant unitatem numericam corporis Christi, sicut quantitas, possunt in infinitum multiplicari, ipso Christi corpore immultiplicato, & eodem numero permanente.

Quid ergo jusvas (inquit P. Nicolai in notis ad art. 1. quest. 75.) alterari, an in pluribus locis unum corpus extendi possit? quod ad Eucharistiam veritatem imperitiam est, & plus vocis quam prodest, ad illius oppugnationem referendus. Nam si propositio ista, Nullum corpus pluribus locis extensive adesse simul potest, negatur simpliciter, jam assectitur tota disceptatio ad incommoda quadam sensibilia quae injuriam extensionem corporalem consequi possunt, nec de corpore Christi quidquam amplius disceptatur, ac in opinione quam ut absurdum Catholici plerique rejiciunt, momentum tanta veritate & tam necessaria defensionis reponitur; si autem concedatur, sicut concedi debet, quod extensive quidem nullum corpus adesse simul pluribus locis potest, sed inextensivum modo, qui supra dictis incommoda non afficitur, potest; intra cancellos constringitur disceptatio, nec evagatur extra propriam rationem corporis Christi, cui singularis est ille modus. Et rursum in Schollis ad artic. 5. quest. 76. Imperitiam (inquit) & frustranem est ad veritatem Eucharistiae asserendam, immo magis periculosum & noxium, quam proficuum & securum ad eam defendendam, ut unum corpus asseratur circumscriptivi pluribus locis posse, vel in pluribus locis per sua quantitates extensionem esse; quia cum illo modo existendi, qualitercumque astruatur, nihil commune habet modis propriis quo Christus est singulariter in sacramento, nec istem ac ille incommoda est unquam: puta ut corpus Christi dicatur simul esse supra se ac infra se, simul dexterisum sibi ac sinisterisum, sicut omnino necesse est in corporibus localiter extensis consistere praefer alias plures antilogias vel contradictiones inde necessario consequentes, ut quod simul sedere idem corpus ac stare possit, vel quiescere simul & moveri, & similia, cum nihil tale modus corporis Christi patiatur.

Ad quintum in primis dico: Ethnicos & Judaeos, simili argumento divinitatem Christi, & Incarnationis mysterium olim impugnasse, quare Augustinus Epist. 49. ait quod in Christum non crederemus, si fides Christianorum catholicorum neceret Paganorum. Dicebant enim, Deum concipi, novem mensibus in utero mulieris portari, in cunis vagare, esurire, algere, crucifigi, mori, &c. Dei majestatem proflua indignum videri. Unde sicut Tertullianus in libro de carne Christi, ita respondet Marconi: Quid indignum est Deo, & magis erubescendum, nasci, an mori; carnem gestare, aut crucem; circumcidi, an suffringi; educari, an sepeliri; in praesepti deponi, an in monumento recordari; Ita nos respondemus Calvinistis: quid est indignum Deo, & magis erubescendum, esse in utero mulieris, aut in ventre nostro; ingredi per os nostrum, an exire per vias partus; decidere in terram, an tolli in crucem; sumi si ne contumelia a muribus, an contumeliosus inter latrones crucifigi. Atqui si Deus illa non pertulisset, saltem non haberemus; si haec non ferret, vitam non haberemus, quia nihil est indignum, nihil molestum Deo, quod nobis utile est. Addit idem Auctor ibidem, mysteria nostrae fidei eo ipso Dei majestatem maxime digna esse, quod eorum dignitas ita sit supra rationem humanam elevata, ut videatur potius indignitas, si per eam duntaxat consideretur: Quodcumque (inquit) Deo indignum est, mihi expedit. Salvus sum, si non confundar de Domino meo. Natus est Dei Filius: non pudet, quia pudendum est. Et mortuus est Dei Filius, proflua credibile est, quia ineptum est. Et sepultus resurrexit: certum est, quia impossibile est. Et libro 2. contra Marcionem ait: assumptum Deum quadam sibi indigna, nobis autem necessaria, & ideo jam Deo digna, quia nihil.